



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Talio, Sev Metiens Et Remetiens Mensvra

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1650

§. 1. Calumniator cur sibi & alijs perniciosus?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52346](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52346)

CAPVT IX.

*Calumniæ in calumniatoris caput re-
uerſa.*

§. I.

Calumniator cur ſibi & alijs pernicioſus

S. Thom.
2. 2. queſt.
68, art. 3.



Nfausta linguæ soboles est etiam
calumniæ, seu falsa & malitiosa
criminis impositio, diabolicum
vitium, nam & malus spiritus hinc *diabolus*
appellatur. Hæc improba oris soboles
contaminat, delatum, cui aliquid mali per
mendacium affingit; auditorem calumniæ
qui, quia sæpe credit, quod clanculum au-
dit, delatum ad respondendum & refellendum
non admittit: ac demum delatorem
quoq; ipsum in quem reuolat, sicut sagitta à
clypeo repercussa. Siquidem primò, eius-
modi sycophanta, apud prudentes è cantu
vt auis, cognoscitur, & horretur. Socrates
calumniatorem nequaquam admittendum
esse idcirco suadebat, quia non ex beneuo-
lencia tecum, sed maleuolentia loquitur: &
quemadmodum aliorum arcana tibi dete-
xit, similiter etiam, quæ tu dixeris, expo-
net alijs. Vt ergo metuendus, sic fugien-
dus

Antonius
in Melissa
par. 1. ser.
35 Max.
ser. 10.

duſeſt: neque enim tibi experieris, quàm alijs, fidelioſem; cùm idem ſit, hoc eſt, calumniator; à quo quid poteſ aliud, quàm calumniam expectare? Tange illum, & vel modicum offende, mox videbis eum linguã in promptu habere, ſicut ſcorpio caudam, quoniam ad quemuis afflatum vibrat. Itaque gratiã ſæpe ſeipſum antè, quàm alterum, priuat.

§. II.

*Calumniator de mendacio infamiſ fidem
perdit.*

Secundò delator debet timere alium delatorem; qui ſi deſit, tamen ſæpe veritas cum tempore emergit, venitque in lucem; & calumnia non rarò, ſe ipſam prodit. Quid tunc non refundit malorum in authorem ſuum? Notam illi in frontem, aut ſaltem in famam inurit; odium creat; fidem omnem adimit; adeò, vt in mendacio deprehenſus, poſtea quoque, cùm vera dicit, fidẽ non mereatur. Vix enim quiſquã prudens ei credit, à quo ſe deceptum meminit. Refert Xenophon, Cyrum dicere ad Armeniũ ſolitũ; non ſolùm à calumnijs abſtinendũ, ſed omnino mentiendum non eſſe: *Apertum enim mendacium hominibus maximè impedi-*

Xenoph.
lib. 2. Pæ
dia.

I 5

mento